RUPERTUS TUITIENSIS
Österreich oder Süddeutschland, 2. Hälfte 12. Jh.
Seite 135r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25999
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Sic plane te respondere debuerat homo rationalis. non in omni uel solo para-
dysi ligno uiuit homo. sed in precepto quod ad hoc positum est illi bene custodito.
Non sic dixit. magisque admorsum quam ad huiusmodi responsum os suum aperuit.
Idcirco ille seruus factus est ei a quo et superatus est. hic autem legem intendit
regalem. liber procedebat. cui dicebatur in psalmo. intende prospere procede et regna. Si inquit filius dei es. mitte te deorsum. Scriptum est enim.
quia angelis suis mandauit de te. et cetera. Temptatio hec iudaice curiositatis est. Nam iudei signa petunt. et illi quidem temptauerunt dm
in cordibus suis ut peterent escas animabus suis. et male locuti sunt de
deo. dixerunt nunquid deus poterit parare mensam in deserto. et cetera. dix
eruntque. estne deus in nobis annon. hic autem datum hominem acceptans precep
tum. scriptum est inquit. non temptabis dominum dominum tuum. Hec inquit omnia t
dabo. si cadens adoraueris me. Temptatio hec paganis demenque est.
Pagani quippe uel gentes propter regna mundi et gloriam eorum diabolum in sy-
mulachris adorauerunt. ut foris eradicarentur. uterque ceciderunt. hic autem
stans in gradu suo poplite recto et inflexibili regie libertatis collo. scrip
tum est inquit. subaudietur hominis. dominum dominum tuum adorabis. et illi soli
seruies. Ignis o speciosissime forma prae filiis hominum. te solum regnare
decet. regnumque obtinere iudeorum parium et gentium. quia temptatus per omnia
per similitudine. uicisti et absque peccato super gressus es temptationes
iudeorum et gentium. quibus uniuersaliter in adam. quibus particularium
insemetipsis temptati et omnes uicti sunt. preter te unum. sicut scriptum est.
Omnes declinauerunt. simul inutiles facti sunt. non est qui faciat bonum non est
usque ad unum. Et quia victori regi seruitus debetur a suis letantibus
ministris. te inquit euglista reliquit eum diabolus. et ecce angeli
accesserunt. et ministrabant ei. xvi
Quod autem audisset ihc quod iohes traditus esset. secessit in galileam.
et cetera usque docens in synagogis eorum. et predicans euglium regni.
Tamquam ad regalia properans insignia. unum hic euglista eundemque
primum euglii annum preter mittit. de quo iohes plurima scribit. Et recte
ab eo hic incipit quod iohes tradituus est. nam erat publice rex et dns
iste sua potestate utens predicare cepit. Erat enim inquit docens eos
sicut potestatem habens. et non sicut scribe eorum et pharisei. Hec vero solum illud
impletum esse credimus quod hic de prophetia testimonium sumpsit. terra
zabulon et terra neptalim et cetera usque lux orta est eis. et reliqua eiusdem
capituli prophetie. que propter plurimam supplemens. tamquam ostio patefacto